

postmodum adicitur de ratione universi et hiis, que pertinent ad ruinam et sequelam peccatiⁿ) Fundamentum secunde partis est hominis^o) lapsi reparatio quantum ad intellectum, et fundamentum tertie partis eiusdem reparatio quantum ad affectum^o). Fundamentum quarte^p) partis est primo quidem Sacra^q) Scriptura^{q.r}) a generatione primi hominis usque ad imperium Neronis⁹⁴), inde vero cronica Eusebii, Ieronimi, Prosperi⁹⁵), Sigiberti⁹⁶), ac ceterorum cronographorum⁹⁶), per successiones imperatorum usque ad diem istum. Cui videlicet universali historie preponitur brevis epilogus partis prime et^{t.u}) secunde et^v) tertie^u), in⁹⁷) medio vero locis congruis inseruntur^w) divisiones terrarum ac gentium^{x.98}), testamenta patriarcharum, cerimonie Iudeorum et^v) sacramenta Christianorum⁹⁹). Sed et varie intermiscentur historie, prosequentes^z) gesta vel dicta notabilia regum, tyrannorum, imperatorum, philosophorum ceterorumque^{aa}) virorum illustrium, mutationes etiam temporum et varios eventus rerum, ut est Historia Iustini vel Pompeii Trogi et Historia Orosii, Historia quoque Alexandri Magni et Darii, Historia Iulii Celsi¹⁰⁰) de bellis Cesaris et Historia Suetonii de XII Cesaribus, Historia Ecclesiastica Eusebii Cesariensis et Rufini Aquileiensis et Hugonis Floriacensis, Historia quoque Tripartita Cassiodori^{bb}), Historia Ieronimi et Heraclidis¹⁰¹) de gestis et dictis patrum, Historia quoque Cassiani de collationibus

o-o) reparatio lapsi *D* p) vero tertie *D* q-q) Historia Sacra *D*
 r) *fehlt* *H*₂ s) Prosperi *N*₂ t) *fehlt* *H*₂ u-u) *fehlt* *D*
 v) ac *H*₂ w) interseruntur *D* x) *folgt* ac *D*₁ y) *fehlt* *D*
 z) persequentes *N*₂ aa) ceterorum *D*₁ bb) Cassiodori *D*₂; Cassiodori *D*₃

⁹⁴) Das Neue Testament bzw. das daraus abgeleitete Geschichtswerk des Petrus Comestor reicht bis in diese Zeit.

⁹⁵) Vincenz hält sich bei den Weltchronisten an Hieronymus, durch welchen ihm Eusebios übermittelt wurde, dazu an die Hieronymus-Fortsetzer Prosper Tiro und Sigebert von Gembloux.

⁹⁶) Zu den chronikalischen Quellen gehören besonders die Werke Roberts von Auxerre und Helinands.

⁹⁷) Buch 1 des Speculum Historiale soll eine kurze Zusammenfassung der drei vorausgehenden Specula bieten, dieser Hinweis findet sich auch in der Rezension N, in D jedoch nur für das Speculum Naturale: L. 1 c. 1—41 ist eine Kurzfassung des Speculum Naturale, c. 42—52 des Speculum Morale, c. 53—55 des Speculum Doctrinale.

⁹⁸) Speculum Historiale l. 1 c. 62—95.

⁹⁹) L. 1 c. 56 ff. und 100 ff.

¹⁰⁰) Gemeint ist C. Iulius Caesar.

¹⁰¹) Es handelt sich um den als Appendix zu den Vitae Patrum edierten Paradisus des Herakleides, vgl. Migne, PL 74, 243 ff.